

Analecta Syriaca e codicibus Musei Britannici excerpta.

Edidit

Dr. M. Kmosko

Praefatio.

Cum anno praeterito Londini operibus diversis syriacis describendis operam dedisset¹, curae mihi imprimis erat, ut opuscula inedita Musei Britannici in codicibus addititiis contenta investigarem sub respectu citatorum e Novo Testamento, imprimis ex Evangeliis desumptorum. Re vera haud pauca ibidem inveni opera, quae non tam pro contenta in iis doctrina, quam potius ob citata ex Evv. desumpta, pretiosissima documenta pro historia critica textus syriaci Novi Testamenti mihi suppeditare videbantur. Permittente igitur doctissimo redactore “Orientis Christiani”, quosdam textus publici iuris faciam, in quibus haud exigua copia textuum, “extra-canonicorum” reperitur (ut voce a Resch innecta utar), quorum plurima ex uno eodemque opere desumpta esse videntur, e Διατετραπόνῳ famoso (T), Tatiani encratitiae foetu. Sed antequam rem tractandam aggrediar, quaedam praemittere cogor, quibus usum textuum adhibitorum iustificem.

Notissimum est, si de Novi Testamenti translationibus syriacis agitur, quaestiones praecipuas circa mutuam earum relationem interesse et ad T agitari; quaestiones sunt perquam difficiles, cum citata authentica ex T perpaucia nobis praesto sint, commentario vero Ephraemi (E) armeno² solum summa cum cautione utendum videa-

¹ Gratissimum mihi incumbit officium publicas reddere gratias ministerio I. R. Austriaco cultus et educationis pro stipendio itineri scientifico mihi interveniente facultate theologica Universitatis Vindobonensis benignissime collato, nec non cl. professori A. Ehrhard, cui ob permulta consilia utilissima intimo me gratitudinis affectu obligatum censeo.

² Evangelii Concordantis expositio ed. G. r. Moesinger. Venetiis 1876.

Alia adhuc quaestio est, utrum S. Ephraem in comm. Evangelii exclusive T allegaverit? Quaestio porro haec difficillima est, nam a duabus pendet aliis: 1) an Ephraem Evv. canonica noverit, 2) an T opus haereticum fuerit. Evidens enim est Ephraem ut virum orthodoxum ex opere haeretico sanam doctrinam haurire non potuisse; igitur aut supponendum est T opus orthodoxum fuisse, aut dicendum E non continere textum antiquissimum T, sed ab aliquo orthodoxo purgatum. De orthodoxia T uti etiam de haeresi Tatiani multum disputabatur. Notum est Zahn T opus orthodoxum, immo hyperorthodoxum declarasse, sed puto id eum immerito fecisse. Iam Goussen² publicavit heterodoxam corruptionem M 3 § 4 in commentario Iso'adī episcopi Ḥaditensis Tatiano vel potius Diatessaron adscriptam; addo invenisse me Londini opus ab aliquo apotactico saec. IV compilatum "Librum Graduum", inscriptum, ubi T exclusive citatur et moles magna citatorum ἐγκρατεῖαν spi-

¹ Hamlyn Hill *Dissertation on the Gospel Commentary of St. Ephraem the Syrian*. Edinburg 1896. (Introduction).

² Goussen *Studia Theologica*. Lipsiae 1895 in Appendice Apocalypses sahidicae pag. 64. Cfr. I. R. Harris *Fragments of the Commentary of Ephrem Syrus upon the Diatessaron*. London 1895, pag. 17.

rantium allegatur, quae hinc inde ex operibus apocryphis desperditis originem traxisse videntur, ita ut T saepenumero nil cum Evv. canonici commune habere et indolem apocrypham et haereticalem prae se ferre videatur¹.

De altera quaestione, an Ephraem Evv. canonica noverit, pa-
riter dubitatur. Recentissime F. Crawford Burkitt² de-
monstrare satagebat E solum T citare, quod fere idem est ac di-
cere E Evv. canonica ignorasse; Burkitt quidem explicite haud
id asserit, sed F. H. Woods dissertationem in vol. III³ Studiorum
Biblicorum publicatam refutaturus, qui se vestigia manifesta usus
Sp in operibus E invenisse arbitratur, dicit: "This view is so inconsi-
stent with the results at which I have arrived that there must
be somewhere a fundamental difference between his method and
that pursued here. The difference can be stated in a few words.
As Mr. Woods himself tell us he trusted to the printed text of
the Roman Edition both for the text of S. Ephraim and the ge-
nuineness of the writings adscribed to him: if I have come to op-
posite conclusions, it is of the evidence afforded by the MS au-
thority upon which the Roman edition is based „ (pag. 2; cfr. pag. 23
ubi dicit: "We know that S. Ephraim wrote a Commentary on the
Diatessaron, while on the other hand there is no evidence which
even suggests that he wrote upon any of the separate Four Gospels.
It is therefore the Diatessaron, and not the Four Gospels, which
we should naturally expect to find quoted in his genuine works.
But Mr. Woods (p. 115 v. c.) goes so far as to say, that very
few of S. Ephraim's quotations accord with the text of the Dia-
tessaron, where they differ from the Peshitta? No more striking
instance could be given of the result of trusting to uncritical edi-
tions in matters of textual criticism „).

Huic tamen sententiae a Burkitt propositae haud pauca obiici possunt. Etenim commentarius E ipse manifesta prodit vestigia lustrationis criticae. Sic, ut saltem quaedam innuam, i § 1 apud Aphraatem (Af) semel sic sonat¹: ۱۰۱, ۱۰۲ هـ آنچه، : ۱۰۳، ۱۰۷

⁴ Opus hoc Deo dante anno proximo in vol. III *Patrol. Syriacae* publicatur sum.

² S. Ephraim's Quotations from the Gospel. Cambridge 1901. (*Texts and Studies* ed. I. Armitage Robinson vol. VII, n. 2.

³ Pag. 105-138.

⁴ Ed. Wright 167; *Patrol. Syr.* 8, 15. E contra p. 13 (= 1, 10) textus canonicus citatur. Ceterum ipse Sc innuere videtur textum syriacum ordinarium

ΙΑΣΣΟς “uti scriptum est: *In principio erat vox*, quod est verbum .. Lectionem autem hanc haud arbitrariam esse sufficienter probatur ex E p. 3: “*A principio erat verbum*. Cave, ne verbum vile hoc loco intelligas idque tam exiguum existimes, ut id *vocem* appelles; *vox* (μός) enim ab initio non est, quia *vox*, antequam pronuntiatur, non est, et, postquam pronuntiata est, itidem non existit. Itaque non *vox* erat Verbum....” E igitur lectionem Af expressis reiicit verbis. Porro p. 136 E dicit: Petrus Christum non negavit, nam Christus ei non dixit: “sine fide” (Ιακώβος επιστολή M 14, 31 Sc), sed “modicae fidei” (مُؤْمِنٌ Ss Sp Af Gr.). Igitur lectio falsa T reiicitur et ei alia, textui graeco conformis substituitur.

Quodsi catalogum operum genuinorum S. Ephraemi a Burkitt o. c. pag. 25 propositum perlustramus, inter alia poëmata exegetica genuina etiam Sermones de Crucifixione invenimus. Certissimum autem est “Sermones de Crucifixione”, a Lamy editas¹ pro fundamento Ev. S. Ioannis habere, cui relationes synopticorum ordine et forma a T diverso insertae sunt. Hanc quidem rem data occasione in paginis “Orientis Christiani”, fusius exponam. Observare sufficit extare carmen longissimum Iacobi Sarugensis de Passione, quod duplice sub respectu saltem ordine rerum gestarum differt ab Evv. canonicis, cum Petri negatio in horto Gethsemani accidisse referatur et Christus non ad Pontifices, sed immediate ad Pilatum ducatur, ubi vestibus exutus chlamide altaris operitur², unde Iudei ansam inveniunt condemnandi eum, quippe qui rem sacram tetigerit, coram Pilato adiuretur a Caipha et morti tradatur. Certum pariter est Iacobum Sarugensem T usum esse, uti hoc Deo dante probabo.

haud antiquissimum fuisse. Nam τι, 1 § 1 sonat ΙΑΣΣΟΣ ΙΟΩΝ ΣΩΤΗΡΙΟΝ³ Αντερά⁴ et ΙΑΣΣΟΣ ut subst. masc. constituitur. E contra τι, 1 § 14 Sc legit: ΙΑΣΣΟΟ⁵ ΚΑΙ ΙΟΩΝ ΙΟΩΝ ΙΑΣΣΟ⁶, ubi ΙΑΣΣΟΣ ut subst. fem. adhibetur. Hinc haud improbabile videtur, in τι § 1 ΙΑΣΣΟΣ pro μός masc. substitutum esse. Confirmatur haec opinio ex doctrina curiosa Syrorum de incarnationis mysterio, quae imprimis a Iacobo Sarugensi et in breviariis Iacobitarum proponitur; ea enim ΙΑΣΣΟΣ (= vox Gabrielis Mariam salutantis) per aures Virginis in corpus eius ingressum esse ibique mansisse tenet. Doctrina autem haec supponit textum Sc; nam ipsa diversitas generis grammatici subst. ΙΑΣΣΟΣ ansam dedisse videtur distinguendo *Verbo* τι, 1 § 1, quod erat in principio, et τι, 1 § 14, quod caro factum est.

¹ *Hymni et Sermones* I, 637-714.

² Similia legi in uno codice Londinensi Sermonem de Passione S. Ioh. Chrys. adscribente, ubi tota narratio condemnationis Christi eadem fere ratione rhetorice exponitur.

Ex omnibus his Ephraem nihil prorsus habet, sed Ev. S. Ioannis presse sequitur, quod vel simplex comparatio poëmatis cum Ev. S. Ioannis instituta abunde demonstrat. Ceterum collectio a Burkitt congesta haud sufficienter ampla est, ut exinde res evinci possit, nec exempla ab ipso allata rem indubiam reddunt; restat adhuc, ut omnia Ephraemi opera genuina accuratissime hoc sub respectu examinentur.

que constans sit. Iuxta Bar Salibi enim (vide Harris o. c. p. 17; Hunt 547 fol. 60 v^o b) مَلَكُ الْمَاءِ وَالْمَلَكُ الْمَاءِ "Cibus eius lac et mel agreste". Codex Išo'dâdi Cantabrigensis e contra legit (Harris l. c.): مَلَكُ الْمَاءِ وَالْمَلَكُ الْمَاءِ "Cibus eius mel et lac montis". Denique codex Bodl. Or. 624 excerpta ex eodem commentario Išo'dâdi exhibens fol. 16 r^o habet: مَلَكُ الْمَاءِ وَالْمَلَكُ الْمَاءِ وَالْمَلَكُ الْمَاءِ، "Diatessaron autem dicit: Cibus eius (erat) mel et lac dorcadum". Cum quo conforme est citatum a Sachau in *Catal. Bibl. Reg. Berolinensis* ex opere anonymo expositiones metricas in Evv. exhibente exscriptum (p. 316): مَلَكُ الْمَاءِ وَالْمَلَكُ الْمَاءِ وَالْمَلَكُ الْمَاءِ، "Diatessaron nempe: Mel et lac dorcadum". Difficile quidem dictu est, quaenam formarum, in quibus citatum illud allegatur, antiquissima sit; certum autem est, post Af^{em} eiusmodi corruptionem introductam non esse. Unica enim haeresis syriaca, quam post Af^{em} dogmata encratitica professam esse scimus, Mesallianorum secta est, qui de ieunio haud rigorose sentiebant; S. Epiphanius saltem dicit: νηστείαν δὲ οὐδὲ ὅλως αἰδασιν. Hi igitur vix aliquam rationalem causam habuisse videntur, cur textum canonicum corrumperent.

Idem sequitur ex verbis, quibus genealogiam Domini absolvit. Dicit enim: (p. 472 ed. Wright) Ιωσήφος πατέρα τούτου Ιησοῦ "Et Ioseph vocatus est pater Iesu Christo". Haec verba unice ex Ev. λ 3 § 23, repetenda sunt. T videlicet omissis genealogiis M 3 § 13 cum λ 3 § 23 coniungens illum concoxit textum, qui in E p. 41 legitur: "Et ipse Iesus erat annorum quasi triginta, quando venit ut baptismum a Ioanne acciperet". Similia reperiuntur apud Af^{em} p. 405 ed. W. (21, 9 P. S.) "Iesus quasi annorum triginta venit ad Iordanem, ut baptizaretur et accepit Spiritum et exiit praedicare".¹ E contra lectio ωνομάζετο (ώνομαζετο pro ἐνομάζετο) reperitur in Ss λ 3 § 23: ονομάζετο Ιησοῦς, τούτον γένοντα Ιησοῦς ονομάζετο, "Iesus autem adhuc annorum quasi triginta, ut appellabatur, filius est Iosephi". His igitur praemissis patet citata Af^{is} non posse simpliciter pro textu T venditari, sed plerumque ex solis in-

¹ Cfr. Clem. Alex. Strom. 1, 21. Ἡν δὲ Ιησους ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ βάπτισμα ὡς ἐτῶν λ'. Simile citatum refert Mordaunt Bernard in op. *Clement of Alexandria's Biblical Text. Texts and Studies*, ed. by Robinson V, n. 5, p. 38 ex commentario Bar-Salibi. Cf. etiam S. Irene., Haer. II, XXXIII 3 (ed. Harvey I, 330): «Iesus autem erat quasi incipiens triginta annorum, cum veniret ad baptismum».

diciis internis erui debere, an citata illius T reproducant; probabile enim est eum praeter T aut omnia, aut quaedam Evv. canonica cognita habuisse, ad Sc vel Ss accendentia, unde etiam concentus aliquorum textuum ab ipso allegatorum cum textu evangelico dictorum codicum facile explicaretur.

His igitur praenotatis ad textum infra propositum pertractandum pergo, examinationem citatorum imprimis ex Ev. desumptorum suscepturus. Finis autem, quem prae oculis habui, is erat, ut ostenderem, citata e textu inedito "Capituli" Mariam Dei genitricem esse probante, quamquam a forma ordinaria versionum syriacarum discrepant, analogiis apud alios auctores Syros haud carere, qui haud raro prorsus similes allegant textus. Hinc patebit ea non esse arbitrio auctoris "Capituli" adscribenda, sed ex editione aliqua "Evangelii" desumpta, quam redactionem posteriorem Diates saron esse opinor, quae tamen textu arabico a Ciasca longe antiquior est. Ceterum nolo in coniecturis praematuris haerere; finis enim rationalis talium lucubrationum is esse debet, ut textus eiusmodi sat multi edantur, et demum praeiacente materia critica sat ampla origo et cognatio eiusmodi textuum examinanda erit.

I. *Demonstratio inedita probans Mariam
Dei genitricem esse.*

Opusculum, quod infra exhibemus e Cod. Add. 17. 195 fol. 65 v°-67 r° exscriptum est¹, pertinente ad speciem Catenarum, quae excerpta diversi generis passim absque ordine systematico congesta continent. Codex A. D. 886 exaratus in 12° minutis literis cursivis conscriptus est et *capitula* (مُقْرَأٌ) ex operibus patrum graecorum et syrorum desumpta continent². Capitulum a nobis infra proposi-

¹ Cfr. Wright *Catal. of the Br. Museum*, pag. 1002. Opusculum tamen, quod proponimus, in Catalogo omissum est.

² Magni sunt momenti excerpta ex operibus Mar Abbae discipuli S. Ephraemi exhibita, quae opere pretium est hic loci integra addere.

وَكُلُّ مَذْكُورٍ مِنْ وَادِمَتْ لَبَبِهِ رَحْمٌ وَأَرْأَى أَدْنَاهُ مَعْنَى
وَالْمُتَمَثِّلُ بِهِ وَدَنْتْ لَهُ لَعْنَتْ وَدَنْتْ لَهُ لَعْنَتْ . مَنْ كَفَرَ مَنْ كَفَرَ
فَكَفَرَهُ لَهُ حَسْبُهُ فَمَنْ كَفَرَ مَعْنَى وَكَفَرَهُ مَعْنَى وَكَفَرَهُ مَعْنَى
وَكَفَرَهُ مَعْنَى . مَكَّهُ حَلَسْتْ وَأَرْأَى دَحْوَاهُ لَهُ : لَهُ وَأَرْأَى دَحْوَاهُ لَهُ :
وَمَنْدَهُ كَفَرَهُ مَعْنَى . « Quid designat illud quod sanctis pro-

tum contra eos dirigitur, qui negant *Verbum in mundum venisse et in Virgine habitasse*; itaque ad scripta illa polemica pertinere videtur, quibus Nestoriani impetebantur saeculo V et VI; aetas autem "Capituli" accurate definiri nequit, cum nullum indicium chronologicum exhibeat. Citatum unicum ex Is. 9 § 6 allegatum cum nulla translatione convenit; lectio : ملک ملکة ملکة in sola translatione Syrohexaplari reperitur, sed reliqua prorsus differunt, ita ut nequeat dici "Capitulum" versione hac posterius esse. Ex Evangelii citatur :

1. M 1 § 23 sub nomine Isaiae, reapse autem in forma illa, qua citatum in Ev. reperitur.

phetis dictum est: *Tu confregisti capita draconum?* — Mar Abbae, discipuli S. Ephraemi. Ex expositione Psalmi: *Deus quare oblitus es mei* (Ps. 74). Tu in fortitudine tua dividisti maria et confregisti capita Aegyptiorum et concussisti capita pharaonis in medio marium, et non solum hoc fecisti ei, etiam in cibum, hoc est in praedam dedisti eum populo tuo forti (v. 12 sq.) ».

وَلَمْ يَرَهُ إِلَّا بِالْمَكْانِ الْمُعْدِيِّ وَالْمُنْتَهَىِّ إِذَا دَعَاهُمْ "Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur: Deus noster nobiscum".

[*o:lo:lo*] lectio ignota. Ss [*o:re:ro*]; Sc Sp [*lo:An:o*].

“Per Prophetam dixit Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est, cum interpretatur: nobiscum Deus noster”. At tamen verba Philoxeni: cum interpretatur origine tenus in textu T defuere. Testis est Af, qui ait (p. 340 ed. Wright = 17, 9 Patr. Syr.), “Isaias porro dixit: Ecce virgo concipiet et pariet et vocabitur nomen eius Emmanuel quod est: Deus noster nobiscum”. Sed ne quis existimet Af^{em} textum arbitrarie mutare, alium addo textum ex officio Iacobitico Add. 14. 503 fol. 14 v^o exscriptum, ubi lectiones omnino similes deprehenduntur. “Isaias annuntiavit dixitque docens sua prophetia: Ecce Virgo concipiet, pariet filium ex Spiritu et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est: nobiscum Deus noster”. Hinc liquet lectionem “quod est”, antiquissimam esse, reliquas vero: (Ss Sc Sp) et (Philox. et textus a nobis editus) correcturas esse e textu graeco repetendas, cum ipsa lectio (Af et Brev.) manifesto ex ὅ ἐστιν [om. μεθερμηνευόμενον] orta sit.

~~ex~~ [] = Ss Sc Af unde etiam liquet citatum nostrum ex textibus perantiquis desumptum esse.

Citatum harmonisticum λ 1 § 30 cum M 1 § 21 connexo. Cum Sc et Ss desint, textus noster cum Sp tantum comparari potest.

Digitized by srujanika@gmail.com

\σανθράκοις οὐκέται σιγάντες οὐκέται] = Sp M 1 § 21. Textus paralleli syriaci nulli mihi praesto sunt, S. Iustinus tamen simili prorsus allegat modo ἀπομνημονεύματα sua: ... καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον εἶπε· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν (Apol. 1 § 33)¹. Textus igitur noster cum S. Iustino omnino concordat; hinc tuto asseri potest eum e documento perantiquo derivari¹.

weak [L] Sp < fall

[all, oīc] Sp lōñ; reliqua a textu ordinario haud differunt.

4. λ 1 § 42-44 حَمْدَةٌ لِلَّهِ كَتَقْ وَحَمْدَةٌ مُؤْمِنٌ فَلَوْا وَحَمْدَةٌ... وَاحْمَدْنَا
حَمْدَةٌ وَمَنْ رَأَى لَهُ كَمْ وَحَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ... كَمْ كَلْمَةٌ مَلَكَاتٌ
حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ... حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ
“ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ حَمْدَةٌ ” Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus, qui in ventre tuo [est]... Et dicit postea [Elisabeth]: Quis dat mihi matrem Domini mei venire ad me... Cum enim incidit vox salutationis tuae in aures meas, palpitavit insans cum gaudio in ventre meo ..

Totum citatum ab omnibus fere textibus hucusque notis translationum Syriacarum Evangelii valde discrepat.

سَسْ / سَسْسَ = Ss (سَسْسَ orthographia arch.).

۰۰ ﻃﻮۺ] Ss Sp ﻂـ، probabiliter ad specificandas benedictiones, quarum subi. in primo casu Deus est, obi. Maria, in altero subi. homo est, obi. Deus; re vera enim ﻂـ rarissime de Deo adhibetur, qui semper ﻂـ dicitur.

καὶ ποθεν μοι] corrupto textu graeco: KAI ΠΟΘΕΝ MOI in
? ΠΟΙΕΙ MOI

¹ Vide Resch *Aussercanonische Paralleltexte. IV Kindheits-Evangelium* pag. 114.

Lectio textus nostri in breviario Iacobitico reperitur licet haud eadem forma. Add. 14, 519 f. 8 v° legitur ~~lxx~~ (responsorium) matutinum ad psalmum ~~al~~ ~~xxv~~; in tono ~~lxx~~, ~~oo~~.

٥١ وَلَمْ يَأْتِي مُنْتَهٍ لِّكُلِّ شَيْءٍ
٥٢ إِنَّا نَحْنُ بِهِ أَعْلَمُ وَنَحْنُ عَلَىٰ
٥٣ مَا تَرَىٰ مُهِاجِرٌ

1) Qui legatum suum Ioannem, qui ipsum baptizavit, e ventre matris sanctificavit et separavit: miserere.

۱۰۰۰ میلیون دلار، این سه سال است که از آنها
۲۵۰ میلیون دلار را در ایران خریده اند.

2) Salutavit Maria Elisabeth
et exultavit Ioannes in ventre et
exilaratus est: miserere.

لَمْ يَرِدْ أَنْ يُؤْتَى لِكُلِّ مُؤْمِنٍ وَمَنْ يَعْلَمْ
كُلُّهُ فَإِنْ يَرِدْ أَنْ يُؤْتَى لِكُلِّ مُؤْمِنٍ فَلَا يَرِدْ.

3) Dixit mater praecursoris
Mariae: *Quis dat mihi matrem
Domini mei visitare me: miserere.*

مَدْحُودٌ أَنْهَاكَهُمْ مَنْهُمْ
وَمَنْهُمْ مَنْهُمْ لَهُمْ مَنْهُمْ
أَنْهَاكَهُمْ مَنْهُمْ وَمَنْهُمْ

4) *Benedicta tu Virgo sancta
et benedictus fructus in ventre
tuo. Dixit Maria: Beatam me di-
cent omnes generationes. Quem
gesto!*

ib. fol. 10 r°;

1. Surgens Maria abiit cum festinatione ad montana Iudeae et ingressa domum Zachariae salutavit filiam Levitarum. Et postquam audivit Elisabeth salutationem filiae David, exultavit infans in ventre eius.

..... حمل وحدة ملائكة

2. Quae cum ea vidisset, voce
alta dixit: *Quis dat mihi, ma-
trem Domini mei ad me venire,
quia cum salutatio in aures meas
incidisset, exultavit infans in
ventre meo.*

Add. 12, 145 fol. 47 v° (Officium itineris Mariae ad Elisabeth
[۱۸۷۱|۱۵۰۰ م. م.])

لـ ١٥٠ وـ ١٥١ لـ ١٥٢ وـ ١٥٣ لـ ١٥٤ وـ ١٥٥ لـ ١٥٦ وـ ١٥٧ لـ ١٥٨ وـ ١٥٩ لـ ١٥١٠

Dixit mater precursoris Mariae:
*Quis dat mihi matrem Domini
mei me visitare?*

et sic porro in aliis manuscriptis, ita ut de lectionis huius valore et antiquitate nullum subsit dubium. Quaeritur tamen quomodo orta sit, vel potius quaenam sit fons eius? Breviaria syriaca eam fere semper adhibent, uti iam ostendimus; quaestio ergo haec fere est: quemnam textum citant exemplaria officiorum Iacobitarum? Licet multa citata e codicibus antiquis generis Londini collegerim, haud diffiteor plurima horum valore serio carere, cum fere omnia metrica sint, id quod multimodas textus mutationes necessario involvit; porro officium Iacobitarum haud unius viri opus est, sed collectio potius carminum ecclesiasticorum diversi generis, quorum alia manifesta vestigia usus Sp exhibent, alia e contra singulari modo cum T i. e. cum E et Af^e consentiunt. Huc pertinent toni (μο) vel hymni μοιο dicti, Simonis diaconi figuli Gashirensis prope Batnan civitatem orti, qui Iacobo Edesseno teste tempore Philoxeni multos composuit hymnos, quorum maxima pars non solum textus singulares, sed etiam haud raro characteris apocryphi continet².

¹ Wright CBM p. 602 b; Iacobus carmina Simonis IAUSSO, hymnos dicit; plerumque tamen IAUSSO flo vel simpliciter IAUSSO dieuntur.

² Ut de «liturgia Severi» taceam, de qua Resch in opere *Agrapha longam* sed prorsus ineptam lucubrationem proposuit, cuius pars maxime notabilis est descriptio baptismi Christi. De hac ceterum proxime fusius agam. Iam placet hic exhibere textum Kukiticum ex *Add. 14, 503 f. 11* inscriptum: 

Igitur spectata auctorum varietate temporis que ^{لَا}
^{لَا}, ^{لَا} (quae textus istos praecipue continent) orta sunt, iudicium in universim validum his de rebus proponi nequit, licet haud exigua adsint indicia auctores poëmatum istorum T adhibuisse. Duo hic exempla adducam. E legit: *Exaudita est deprecationis tua ante Deum* (λ § 15; p. 8) et infra: *quomodo fiet istud* (λ 1 § 18, p. 9; 13: quomodo potest ita fieri). Utrumque in breviariis Iacobitarum reperitur. In *Cod. Add. 12, 145*, legimus (وَادِنْهُ، دَلْوَهُ، وَادِنْهُ).

1) fol. 18 r° مَلَكُ وَادِنْهُ

مَلَكُ : مَلَكُ وَادِنْهُ مَلَكُ . مَلَكُ دَلْوَهُ مَلَكُ .

Hymnus vespertinus

Praeceptum innuit Gabrieli et volans cito descendit et ingressus est ad sacerdotem in sanctuarium et annuntians ei sic ait: *Zacharias oratio tua exaudita est coram Deo*, et descendit, ut annuntiarem tibi. Et uxor tua pariet filium et vocabis nomen eius Ioannem.

1. « Vespere concilium cepit Ioseph de Maria, ut eam utpote adulteram dimitteret. Et cum dormiret, descendens ad eum archangelus sic dixit ei: O Ioseph, noli dolere de Maria, quia ex Spiritu Sancto gravida est, et ipse redimet mundum ».

2. « Et cum Ioseph ab angelo de conceptione virginis certior factus esset, eam ex Spiritu Sancto factam esse, excitatus surrexit iustus e somno suo et Mariam adorans sic ei dixit: Adoro puritatem tuam, fons signate, quia in te filius Dei habitat et virtus Excelsi ».

3. « Et revelatione accepta de conceptione castae virginis Mariae, eam e Spiritu Sancto esse, magno cum timore ministrabat coram ea et cum singultibus supplicabat ei: Obsecro puritatem tuam, dimitte delictum meum, quia velut adulteram cogitavi dimittere te ».

4. « Calumniati sunt Iudei Beatam et Ioseph dixerunt, ut eam dimitteret, quia ex adulterio concepisset. Dixitque eis: Casta est, quia in sanctuario apud nos educata est et inde a pueritia sua pudica et sancta erat et e Spiritu Sancto concepit, id quod ab angelo didici ».

Uti patet, narratio ista cum protoevangelii Iacobi et aliis pseudoevangelii huius generis non omnino congruit. Textus plurimi haud raro magni momenti in officio « Miraculorum Domini » (3-5 dominica ieunii quadragesimalis) reperiuntur.

2) ib. fol. 22 v°.

3) ib. fol. 26 v° (Metrum: 12 + 7).

Descendit angelus ab alto et annuntiavit Zachariae: Ecce, nascitur tibi praecursor, qui parabit viam ante Dominum suum et gentes errantes reducet ad viam veritatis. Respondit autem Zacharias et dixit: Quomodo fiet istud, ego enim senex sum et uxor mea plurimos habet annos.

Zacharias sacerdos incensa pos-
nebat in templo sancto. Et de-
scendens angelus annuntiavit ei:
Oratio tua introivit et exaudita
est coram Deo, et misit me, qui
veniens annuntiarem tibi. Re-
spondit Zacharias dicens ignito
illi ⁴: *Quomodo fiet istud:* quia
ego sum vir senex et uxor mea
sterilis nec fructus progermina-
bit ex ea. Ego sum Gabriel ar-
changelus, qui sto coram Deo.
Igitur quia modo non credidisti,
quod tibi dixi, eris tacens nec
loqueris.

Cf. Add. 14, 503 fol. 5 r^o = Add. 12, 145 fol. 18 r^o, cuius textum sub n. 1 exhibuimus, et alibi passim.

Aliud exemplum concentus notabilis breviarium Iacobitarum inter et textus e T derivatos inveni in officio hebdomadis maioris, nimirum aenigmaticam lectionem Af^{is}: **أَوْ مُعَمَّدٌ وَمَعَهُ بِالْجَمِيعِ** ^{بِهِ دَعَةٌ وَمَدْعُونٌ} “Et etiam Simon caput discipulorum cum negasset: Christum non vidi”² etc.

¹ Gabriel saepe cognominatur hac ratione, quod epitheton ceterum S. Ignatius Antiocheno attribui solet.

² P. 143 ed. Wright (= 7, 15 *Patr. Syr.*). Cfr. Zah n. *Tatians Diates-saron* p. 91, qui tamen allusiones Afis historice falsas iniuste dicit. Prorsus

In Cod. Add. 12, 147 fol. 263 rº enim legimus: (Off. feriae III hebdom. mai. “**بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ**”).

سُورَةُ الْمُنْذِرِ ۖ مَكَانٌ مَعْلُومٌ لِّأَهْلِ الْجَنَاحِ
وَمَنْ يَرْجُوا مِنْ حَيَاةً فَلَمَّا وَقَدْ
بَيْتَهُ مَلَىءَتْهُ الْمَوْتَىٰ ۚ إِنَّمَا تَرَى
مَنْ يَرْجُوا مِنْ حَيَاةً ۖ أَوْ أَنْ يَرْجُوا
مَحْكَمَةً ۖ وَإِذَا أَنْتَ لَمْ تَرَهُمْ
كَمْ مَنْ هُنَّ ۖ وَإِذَا أَنْتَ
مَحْكُومٌ ۖ فَلَمْ يَرَهُمْ
كَمْ مَنْ هُنَّ ۖ

Hac nocte stetit Simeon inter satellites, ut videret, quid accideret Iesu magistro suo. Quidam de turba, qui stabat, dixit Simoni: Et tu discipulus es huius Filii Iosephi. Respondit Simon dicens ei: Non es verax, non vidi hominem istum nec ei assentio.

Lectionem istam inveni apud Iacobum Sarugensem quoque, tam in sermone de Passione, quam in sermone de Negatione Petri.

Idem valet de illa lectione notabili, secundum quam **لَمْ يَرَ** (dixit Simeoni Petro [Dñs]: *Pasce oves meas et agnos meos et agnas meas*⁴), quam lectionem in codice breviarii iacobitici Oxoniensi *Dawk* 1, fol. 235 r^o col. b, et v^o col. b, et *Dawk* 32, fol. 295 r^o hac in forma inveni:
لَمْ يَرَ إِنْ كُنْتَ مُهَاجِرًا فَلَا تَرْكِمْ لَمْ يَرَ إِنْ كُنْتَ مُهَاجِرًا فَلَا تَرْكِمْ: **وَقُسْطَرْ لَمْ يَرَ إِنْ كُنْتَ مُهَاجِرًا فَلَا تَرْكِمْ لَمْ يَرَ إِنْ كُنْتَ مُهَاجِرًا فَلَا تَرْكِمْ**. **لَمْ يَرَ إِنْ كُنْتَ مُهَاجِرًا فَلَا تَرْكِمْ لَمْ يَرَ إِنْ كُنْتَ مُهَاجِرًا فَلَا تَرْكِمْ**.
“Dixit Simoni dominus eius: *Diligis me? Dicit ei: Diligo te et tu Domine sis.* Et iterum dixit ei: *Si diligis me pasce oviculas meas et agnos meos et agnas meas, quia illa die, qua venero cum angelis, a te requiram oves, quas tibi commisi*, „ (21 § 15–17). Notissimum autem est, distinctionem hanc ovium et agnorum et agnarum etiam in Ss inveniri. Iam ipsa haec exempla sat ostendunt, tempore illo, quo carmina et antiphonae br. iacobitici composita sunt, T adhuc in usu ecclesiastico viguisse, neque tamen silentio praetermitti debet exemplaria breviarii, licet maxima ex parte eadem contineant, pro diversitate dioecesum et temporis, quo conscripta sunt, magnam

falso redditum verba haec Bert in op. *Aphraates des Persichen Weisen Homilien, Texte und Untersuchungen III*, 121: « Christus hat mich nicht gesehen » (اَنْ لَمْ يَرَنِي; vera lectio: اَنْ لَمْ يَرَنِمْ).

¹ 21, 15-17; vide p. 195 ed. Wright (= 14, 4 *Patr. Syr.*).

varietatem prae se ferre. Summi momenti sunt *Dawik 1*, et 32 licet antiqua non possint dici; reliqua breviaria, quae citavi, plerumque imperfecta sunt; usu enim plurimae partes detritae sunt et haud pauca folia perierunt, unde nemo mirabitur me non potuisse uti uno dumtaxat exemplari. Quodsi cui numerus exemplorum insufficiens videatur, habeat persuasum, me ea tantum allegare, quorum casu fortuito memini; collectionem systematicam citatorum breviarii iacobitici, Deo iuvante, alibi edam.

esse id, quod mihi nuntiavisti, nimirum filium mihi fore, quia ego
senex sum et uxor mea plurimos habet annos. Et Gabriel dixit
Zachariae: Et eris tacens nec loqueris, donec re vera fiant ea, quae
dixi „λ 1, 43 sonat: ﴿اَنْتَ مَوْلَانَا وَرَبُّنَا وَهُنَّا اَنْتَ لِنَا لَهُمْ لِنَا﴾
“Dixit enim ei: *Quis dat mihi matrem Domini mei venire ad me* ..
Verba pariter angeli λ 1 § 28 sic redduntur: ﴿اَنْتَ مَوْلَانَا وَرَبُّنَا وَهُنَّا اَنْتَ لِنَا لَهُمْ لِنَا﴾
“—*Dominus noster tecum* — eam docens dominum
esse hominem, quem conceptura erat „; hinc liquet auctorem
vocem syriacam ante oculos habuisse ﴿اَنْتَ مَوْلَانَا وَرَبُّنَا وَهُنَّا اَنْتَ لِنَا لَهُمْ لِنَا﴾, ut legit Sp, nam graecum
xύριος sensum hunc haud necessario postulat, cum ex adverso Sp
per ﴿αὐτὸν τὸν Χριστὸν graecum reddens Christum aperte innuat; scrip-
tor igitur e salutatione angeli Christi divinitatem concludens Syrus
fuisse videtur.

۵. λ 2 § 10-14 | مَلَكُوْنَ مَدْعُوْنَ ۰۰۰۱ دِيْنَرٍ هَذِهِ لَهُمْ لِلْأَجْرٍ لِلْأَجْرٍ دَعْوَةٌ ۲۰۰۰ دِيْنَرٍ ۷۰۰۰ دِيْنَرٍ بَعْدَ حَتَّىٰ يَمْلَأُنَّهُمْ لَهُمْ وَالْأَجْرُ لَهُمْ دِيْنَارٌ ۵۰۰ دِيْنَارٌ دَعْوَةٌ ۵۰۰ دِيْنَارٌ وَبَعْدَهُ . ۱۰۰ دِيْنَارٌ لَهُمْ وَالْأَجْرُ لَهُمْ دِيْنَارٌ ۵۰۰ دِيْنَارٌ دَعْوَةٌ ۵۰۰ دِيْنَارٌ وَبَعْدَهُ . ۱۶۷ "Angeli glorificabant dicentes ad pastores hoc modo: *Gloria Deo in excelsis et super terram pax et spes bona hominibus. Annuntiamus enim vobis natum vobis esse hodie Dominum et Christum in civitate David et hoc est vobis signum: invenietis infantem pannis involutum et possum in praesepio* „.

Hoc in texto igitur § 14 praeponitur et §§ 10-13 verba unius angeli in ore angelorum laudantium ponuntur. Quoad formam criticam textus ﻷـا ﻪـيـا (εὐδοξία) legit cum Sp, cum Ss ﻷـا ﻪـيـا; (probabiliter error editorum pro ﻷـا ﻪـيـا, nam ﻷـا ﻪـيـا non datur) legat. Ceterum ﻷـا ﻪـيـا novit Af quoque (180 ed. Wr. = 9, 6 Patr. Syr.). Differt autem textus noster ab ordinario in plurali ﻢـا ﻪـيـا، quod ceterum prorsus logicum est, cum omnes angeli loquantur. Cum hoc porro citato prorsus convenient verba Iacobi Sarugensis, qui in epistola de dissensu Genealogiarum (Add. 14, 587 fol. 69) sic verba eadem allegat: ﻢـا ﻪـيـا ﻦـا ﻢـا ﻪـيـا ﻢـا ﻪـيـا : ﻢـا ﻪـيـا ﻢـا ﻪـيـا ... ﻢـا ﻪـيـا ﻢـا ﻪـيـا ﻢـا ﻪـيـا ﻢـا ﻪـيـا ﻢـا ﻪـيـا “Uti dictum est ab angelis sanctis pastoribus: Ecce annuntiamus vobis gaudium quod erit toti mundo”.. Additamentum tamen “gaudium quod erit toti mundo,” in textu nostro non invenitur, quod ceterum nihil refert, nam Iacobus Sa-

rugensis Evv. canonica et T perbene novit et utraque allegat, hinc non est improbabile, eum utrosque miscere textus.

Ceterum analogi casus, ubi T textum canonicum in forma compendiosa exhibit alibi quoque noti sunt mihi. Sic v. gr. aequem certum est allegoriam 15 § 1-6 de viti et palmitibus in T abbreviatam fuisse. Saltem Af, qui ad verba illa dominica ter alludit nunquam loquitur de ~~læsa~~ (palmite) sed de ~~læsa~~ (viti) tantum.

۱۵۰ . وَكُلُّهَا حِبْرٌ إِذْهَوْدَةً وَكُلُّهُمْ مُلْكُبًا لِلَّهِ أَنْفُسُهُمْ
۱۵۱ وَالْمُعَذَّلَ حَفْنَهَا مُلْكُبًا رَحْمَانَهُ وَهُوَ وَهُوَ
۱۵۲ . وَمَهْمَلَهُ مَدْهُدَهُ .

¹ P. 303 ed. Wright (= 14, 48 *Patr. Syr.*).

Porro Ss demum inde a § 5 distinguit inter ἄμπελον (ἄμπελος) et κλῆμα (κλήμα), cum Af dicat¹ "Simus palmites (البَلْمِيتَةُ)" boni, ne eradicemur e vinea (البَنَادِقُ), et² "Qui non dat fructus bonos eradicabitur in vinea (البَنَادِقُ وَالْمَرْسَى) et in tormenta proiicietur". Unde liquet T verba haec castrasse et verba Evangelii de palmitibus omisisse, secus enim vitem et palmites confundere non potuisset.

Aliud denique exemplum ex i 21 § 15-17 supra exhibui.

Cap. breviter demonstrans Mariam Dei genitricem esse et Elisabeth sterilem quoque Prophetae genitricem, hoc est: Ioannis Baptistae.

Primo quidem adducimus beatum Isaiam prophetam dicens³: *Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur: nobiscum Deus noster.* Item autem verax est etiam sanctus Gabriel angelus dicens ad beatam Virginem: *Ne timeas Maria, inventisti enim gratiam apud Deum; ecce enim concipies et paries filium et vocabis nomen eius Iesum*⁴; *hic enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*⁵. Eo enim ipso quod dixit: *salvum faciet populum suum, significavit eum Deum esse, nam nil datur populo superius nisi Deus, ideo etiam Isaias praevidens dixit*⁶: *Puer natus est nobis filius — et datus est nobis, ille cuius potestas super humerum eius.* Et vocatum est nomen eius «*Angelus consilii magni, Deus Gigas saeculorum princeps pacis, pater saeculi, quod futurum est*». Item autem Angelus ad beatam Mariam missus dixit⁷: *Spiritus sanctus veniet super te et virtus Excelsi requiescat super te, propterea, qui nascitur ex te, sanctus est et filius excelsi vocabitur.*

¹ P. 105 ed. Wright (= 6, 1 Patr. Syr.).

² P. 106 ed. Wright (= 6, 1 Patr. Syr.).

³ M 1 § 23 (Is. 7, 14). — ⁴ λ 1 § 30 sq. — ⁵ M 1 § 21. — ⁶ Is. 9 § 6. — ⁷ λ 1 § 35.

Item vero et post annuntiationem Gabrielis, illa, quae virgo et mater erat, occurrit ei, quae sterilis erat materque, salutans eam salutatione angeli, quae ingressa per aurem eius introducit prophetam occultum, ut notus fiat, ita ut mater eius a puerō quem gestabat, cum virginem salutasset agnosceretur dicendo: *Benedicta tu in mulieribus et benedictus est fructus, qui est in ventre tuo*¹, vocans fructum in medio ventre eius infantem Iesum. *Benedicta tu nempe in mulieribus et benedictus fructus, qui est in ventre tuo.*

Nec retinetur usque huc, sed dicit postea: *Quis dat mihi matrem domini mei venire ad me?*², et propheta ille ope matris suae « *Dominum meum* » appellat eum, qui in ventre virginis absconditus erat et sterilis Deum vocat illum, qui in medio utero virginis erat. Unde nosti eum « *Dominum* » esse? *Cum scilicet incidisset vox salutationis tuae in aures meas, palpitavit infans cum gaudio in ventre meo*³. Esto, palpitaverit; palpitatio naturalis fuerit, unde novit etiam cum gaudio eum palpitasse? Quod ipsum argumentum est. Miraculum enim est hoc et hoc maximum!

Propheta e sterili, et Deus ex virgine, porta in porta, licet alterum alteri dissimile sit. Altera enim sterilis erat, senilis diebus, altera puella viri et matrimonii nescia. Altera velut templum prophetam utero gestabat, altera coeli instar Deum conceperat. Sic illum, cum baptizaretur novemrat. In utero propheta, in utero Christus, idem utriusque annuntiator. Et quis est Gabriel iste archangelus, qui Ioannis nativitatem in templo Zachariae annuntiavit, nativitatem vero Domini Zachariae Virgini annuntiat. Illic Zacharias, hic Ioseph, cur utrique haud communiter annuntiat?

Aut si hoc non fecerit, cur mulieribus aequaliter non annuntiat? Verum non hoc fecit, sed illic Zachariae hic virginis annuntiavit. Utrumque iuxta regulam magnam, velut

¹ λ 1 § 42. — ² ib. § 43. — ³ ib. § 44.

^١ Codex : آخوند آخوند ۱۷

naturae legem effecit; prout enim vir causa est eius, qui nascitur, vir ut pater promissum recipit. Ubi enim vir invenitur et ea, quae viri sunt non facit: Virgini illi virtute Dei ipsi superveniente revelatur annuntiatio nativitatis; 5 et quia infans ille legi naturae subiectus non est, ideo sine viro annuntiatur, cum sit innupta et, matrimonium quid sit, nesciat.

3. Et cum tempus partus virginis advenisset, ut notum fieret eum, qui ex ipsa natus est, Dominum Christum esse: 10 hanc ob causam angeli glorificabant, sic ad pastores dicentes: *Gloria Deo in excelso et super terram pax et spes bona hominibus*¹. *Annuntiamus enim vobis*² *natum esse vobis* *hodie Dominum et Christum in civitate David*. *Et hoc est vobis signum: invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio*³. Et ecce, modo his, qui intelligentiam et scientiam habent illico manifeste innotuit angelos praescivisse, natum de Maria Deum esse, quapropter Maria quoque Dei genetrix est, uti angeli dixerunt: *Natus est vobis Dominus Christus in ciritate David. Hodie* 15 *ait et Dominus nempe et Christus*, quod ab angelis cum glorificassent dictum est ad pastores.

4. Nunc vero postquam demonstravimus Mariam Dei genitricem esse, obturabitur os gratiam Dei quae super nos facta est negantium, qui proterve asserunt: Verbum Dei

¹ λ 2 § 14. — ² ib. § 10 b. — ³ ib. § 11 sq.



non venisse in mundum nec in virgine habitasse; quod si
igitur audire possent beatum Paulum ad Corinthios scri-
bentem¹: *Congnovistis gratiam Iesu Christi, qui pro vobis
pauper factus est cum dives esset, ut vos paupertate eius
ditesceretis*, non auderent dicere: non est similis Filius Deo,
nec virgo genetrix eius est. Nam quod dixit: *propter vos
pauper factus est cum esset dires*, de humilitate incarna-
tionis suae, hoc est de incorporatione ex virgine sancta
valet, per quam incarnationem eius nos divites facti sumus,
charismatibus donorum, imprimis adoptione filiorum.

¹ 2 Cor. 8, q.

